Dissertatio inauguralis medica de partium genitalium foeminearum haemorrhagiis : quam consensu Facultatis Medicae pro summis in arte medica et chirurgica honoribus rite capessendis die XVI. Junii MDCCCIV publice defendet / auctor Francisc. Ant. Ignat. Ludov. Brandt.

Contributors

Brandt, Franciscus Antonius Ignatius Ludovicus.
Merriman, Samuel, 1771-1852
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Halae : In officina Batheana, [1804]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/ucyjraur

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

(3.)

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

DE

PARTIUM GENITALIUM FOEMINEARUM HAEMORRHAGIIS

QUAM

CONSENSU FACULTATIS MEDICAE

PRO

SUMMIS IN ARTE MEDICA

ET CHIRURGICA HONORIBUS

RITE CAPESSENDIS

DIE XVI. JUNII MDCCCIV

PUPLICE DEFENDET

AUCTOR

FRANCISC. ANT. IGNAT. LUDOV. BRANDT

VARSOVIENSIS

AD DOCENDAM ARTEM OBSTETRICIAM

IN INSTITUTO REGIO OBSTETRICIO VARSOVIENSI

CONSTITUTUS.

HALAE

IN OFFICINA BATHEANA.

VIRO

ILLUSTRI EXPERIENTISSIMO DOCTISSIMO

JOANNI GOERCKE

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI, EXERCITUUM REGIS BORUSSIAE PROTO-CHIRURGO PRIMO, COLLEGII MEDICI ET SANITATIS SUPREMI CONSILIARIO, SEMINARII MEDICO - CHIRURGICI BEROLINENSIS CONDITORI ET DIRECTORI, LEGIONIS TORMENTARIAE CHIRURGO, ACADEMIAE CAESAREAE NATURAE CURIOSORUM ET REGIAE DANICAE CHIRURGICAE MEMBRO CET.

TOTIUSQUE EGREGII

QUOD

TANTO VIRO DIRECTORE GAUDET

SEMINARII

MEDICO-CHIRURGICI REGII

MODERATORIBUS ET PRAECEPTORIBUS CELEBERRIMIS DOCTISSIMIS

IN

ANIMI ERGA TOT TANTAQUE

QUAE IISDEM DEBET

MERITA GRATISSIMI, OBSTRICTISSIMI

ET AETERNAE VENERATIONIS

TESSERAM

NEC NON

VIRO

CELEBERRIMO EXPERIENTISSIMO

FRIDERICO GUILIELMO SPAETH

REGII COLLEGII MEDICI ET SANITATIS VARSOVIENSIS ASSESSORI CHIRURGIAE POLIATRO VARSOVIENSI

STUDIORUM SUORUM SUASORI ET ADJUTORI

IN

PERPETUUM PIAE MENTIS TESTIMONIUM

LEVIDENSE HOC OPUSCULUM

D. D. D.

AUCTOR

DE

PARTIUM GENITALIUM FOEMINEARUM HAEMORRHAGIIS.

§. 1.

Instituti ratio.

Quod quisque facile mecum profitebitur, medico artis obstetriciae exercitio operam daturo nihil prius nihil antiquius esse debere, nisi ut in omni partu a normali recedente promptum sciat habeatque auxilium, id plurimum elucet in iis casibus, ubi vel ante partum in gravidis vel in ipso puerperio, vel postea, ex partibus foemina-

rum

rum genitalibus, oriuntur haemorrhagiae, ob ni-
miam ſanguinis excreti copiam ſumme periculo-
ſae, imo in quibusdam vel propter neglecta au-
xilia vel ob irreparabile ſtructurae damnum letha-
les. Quo magis autem complures diri hujus af-
fectus cauſae inter ſeſe differunt, eo majori quo-
que cura et diligentia opus eſt ad diſtinguendum
ejusdem originem et detegendum ipſius fonte
vel in univerſali corporis diſpoſitione labequ
morboſa vel in topica partium, ex quibus ſangui
profluit, laeſione. Quemadmodum enim in quo
cunque morbo, ad univerſales referendo, dyna-
mica ſyſtematum vitae neceſſariorum mutatio m
xime reſpici debet ad ſuscipiendam rationalem
fauſtam medendi methodum, ita in topica pa
tium affectione et laeſione maximi intereſt, ut m
dicus ſtatim ex ſignis diagnoſticis conſtituere v
leat: an exiſtat, et quanam in parte quaeren
ſit laeſio, haemorrhagiae originem praebens. Q
in re quamvis recentiorum medicorum ſtudio pl
rima jam declarata ſint, tamen non plane certu
et ſecurum quidquam conſtitutum eſſe mihi viſu
eſt de ſignis, quibus uteri haemorrhagias
gravidis puerperisque ab earumdem haemorrh
giis vaginae diſtinguere liceat. Ex qua sig
rum incertitudine non poteſt, quin magni et

riculoſi oriantur errores, ſi ſcilicet vehemens quoddam ſanguinis ex vagina profluvium pro haemorrhagia uteri habeatur, hinc optima et facile adhibenda remedia negligantur quod quidem absque medici obſtetricantis culpa haud ſemel factum fuiſſe vidi et multoties fieri perſuaſus ſum. Propoſui itaque hocce libello iſta ſigna unum quaſi in forum colligere, optimam utrique haemorrhagiae medendi methodum proponere, ſimulque proprias, quibus dicta dicendaque probantur et explicantur, experientias addere.

CAP. I.

DE HAEMORRHAGIA UTERI.

§. 1.

De haemorrhagia uteri gravidarum.

Non omnis ex vagina ſanguinis effluxus tempore graviditatis periculoſus eſt, cum accidere ſoleat ut catomenia primis menſibus poſt foecundationem profluunt. Quare periculoſam illam haemorrhagiam ab hoc ſanguinis fluxu innocenti diſtinguere nos oportet. Diagnoſis nititur ſequentibus 1) Menſtrua ſolitis periodis redeunt,

uteri

uteri haemorrhagia contra his terminis non exacte adſtringitur 2) Sanguinis profluentis copia frequentior diagnoſin non certam exhibet, cum haemorrhagia uteri primo initio parca fit, et menſes non raro copioſi prodeant. 3) Symptomata haemorrhagiam antecedentia et concomitantia e. g. collapſus ſpontaneus mammarum vel lactis aquoſi ex iisdem profluvium, dolores ventris et lumborum per intervalla redeuntes et verſus abdominis inferiora terminantes, deinde ponderis ſenſus in pedibus, frigus extremorum et horror ſaepius recurrens. 4) Sanguis in haemorrhagia plenorivo prodiens. 5) Orificium uteri laxum et usque ad aperturam interiorem dehiscens. 6) Sanguis prorumpens grumis concreti cruoris intermixtus. 7) Cauſa violentior, qua haemorrhagiam uteri produci ſaepius obſervatum eſt.

§. 3.

Cauſſae haemorrhagiae uteri in gravidis univerſales.

Haemorrhagiae uteri cauſſa proxima vel totius placentae, vel ejusdem partis in ſeparatione ab utero poſita eſt. *) Naturaliter placenta integra

*) van Swieten Comm. in Boerhavii aphor. Tomi IV. pars altera. Laurin 1764. p. 489.

gra ſua ſuperficie utero adhaeret, atque hac conjunctione impeditur, quominus quid ſanguinis ex uteri vaſis exire poſſit. Simulac vero ille nexus ſolvitur, vaſa placentam penetrantia disrumpuntur et ſanguis liber effluere poteſt copia eo majori, quo latior illa disjunctio eſt.

Minime vero ex hac unica cauſſa haemorrhagia uteri tempore graviditatis naſcitur ſed et aliae cauſſae adeſſe poſſunt, quae tamen rariores occurrunt. Ita obſervatum eſt haemorrhagiam uteri ex fiſſione vel laceratione ſubſtantiae matricis ipſius, quae aut uteri extenſione nimia, aut violentia externa effici poſſit ortum ſuum ducere *). Quod malum autem certe cognoſci nequit, niſi gravidae diſſectio inſtituitur, et plerumque lethale eſt. Longe rarius quam ex illa cauſa, haemorrhagia uteri ex ruptura vaſorum funiculi umbilicalis naſcitur, quod La Motte ſemel obſervavit **) facillime patet hanc haemorrhagiae cauſam ante foetus expulſionem non poſſe intelligi. Propterea de his cauſis rarioribus non loquor

*) Mauriceau traité des maladies des femmes groſſes p. 169. Murſinna von den Krankheiten der Schwangern. p. 238.

**) Traité des accouchemens lib. 3. cap. 8. p 296.

quor ſed de iis tantum, quae praematurae placentae ab utero ſeparationis cauſſae ſunt, quae vel univerſales eſſe, totiusque organismi labem conſtituere vel in topica ſulummodo a normali partium ſtatu declinatione verſari poſſunt. Ad illas merito referuntur ſtatus hyperſtenicus, plethora vera junctus, venae ſectionibus aliisque remediis antiphlogiſticis minuendus et aſthenia univerſalis remediis roborantibus incitationis ſtatim appoſitis corrigenda. Non licet nobis omnia hic dicenda exponere, cum idcirco totius fere therapiae ambitum complecti nobis incumberet, ſed paucis ſolummodo monemus, venaeſectionis uſum in ſubjectis plethora hyperſthenica non laborantibus ſaepiſſime procreandis haemorrhagiis et abortui anſam praebere, hinc olim et nunc quoque nefarie adhiberi attamen in quibusdam ſubjectis hyperſtenicis haud plane rejiciendum eſſe remedium ad praecavendas et ſanandas haemorrhagias.

§. 4.

Cauſſae topicae haemorrhagiarum uteri in gravidis.

Uteri vitia topice vel varia diſpoſitione dynamica vel mechanica laeſione ſingulatim ad haemorrhagias disponunt. Illis adnumeranda ſunt:

1)

1) Laxitas et atonia uteri. Si haec adest, placenta cum utero laxius cohaeret, levique cauſſa acceſſoria ab eo disjungitur. Richterus ſe experientia convictum credere dicit, laxitatem uteri orificii frequentiſſimam abortus eſſe cauſam.*) Qua de cauſſa mulieres debiles, morbos graviores, partus difficiles aut abortus frequenter perpeſſae, fluore albo, prolapſu uteri laborantes, Veneri vel Onaniae**) deditae ad uteri haemorrhagiam et abortum ſunt proclives.

2) Uteri ſenſibilitas et irritabilitas nimia, qua efficitur, ut leviſſima irritatione uterus contrahatur ***). Quae vel idiopathica adeſt in mulieribus ſenſibilibus et hyſtericis, easque ad abortum pronas reddit vel per conſenſum ſordibus primarum viarum****), vermibus †) frequentiſſime vero animi pathematibus ††) concitatur.

3)

*) Chirurgiſche Bibliothek. Neunter Bd. p. 561.

**) Wegelin in Starks Archiv IV. B. p. 101.

***) v. Röderer elementa artis obſtetr. §. 721.

****) Richter Bibl. l. c.

†) van den Boſch hiſtoria conſtitutionis epidemicae verminoſae p. 224 van Pelſum hiſtor. ascaridum patholog. p. 175.

††) Melitſch in Starks Archiv III. B. p. 746.750.

3) Rigiditas quaedam uteri propter quam ille ultra gradum quendam extendi nequit. In tali uteri habitu foetus, ſimulac in certum volumen increvit, uterum non ſolum amplius non dilatat, ſed imo ad contractionem irritat. Inde patet, quomodo fieri poſſit, ut mulier ſemel abortum paſſa, iterum gravida, eadem praegnationis periodo, qua antea, abortat. Haec uteri rigiditas proclivitatis ad abortum cauſa eſſe videtur in mulieribus ſiccis, robuſtis, minus pinguibus, ſimulque aetate provectioribus *).

4) Copioſa ſanguinis in utero cumulatio, hinc omnia congeſtionem verſus inferiora pellentia, ita ut placenta ſuſtinere ſe nequeat, ſed ab utero diſſipetur. Iam paulo poſt conceptionem propter magnum irritamentum et ſanguinis affluxum haemorrhagias uteri ſaepius vidit Leroy **). Coitum nimium, calefacientia, aromata, ſpirituoſa, nimis longe ſumpta, praecipue vero omnia remedia draſtica diuretica fortiora et

fic

*) Röderer l. c. §. 721.

**) Von den Blutflüſſen überſetzt von Zadig. Breslau 1802. p. 7. 8.

ſic dicta emmenagoga majori ſanguinis verſus uterum impetui favere conſtat.

5) Uteri exſucca aridaque conſtitutio, deficiens inde embryoni nutrimentum placenta utero laxe adhaerens, ita ut foetüs ipſe in juſtum volumen excrescere, uteroque ſatis reſiſtere nequeat. Oritur talis conſtitutio, ſi gravidae ipſi alimenta ſufficientia bene nutribilia deſunt, vel ſi illa gravioribus morbis vel excretionibus nimiis e. g. quod ſaepius obvenit, lactatione nimis longum protracta, qua foetui nutrimentum adimitur, exhauſta ſit.

Ad mechanicas abortuum et haemorrhagiarum cauſſas topicas, pertinent

1) Violentiae externae gravidae illatae, percuſſio abdominis, lapſus, praecipue ſi pronus eſt, quibus partim placentae nexus cum utero deſtruitur, partim uterus ad contractionem irritatur et partim tandem major ſanguinis copia ad eum pellitur. Hinc et motus corporis nimius, ſaltatio, curſus, exercitatio, vectio in rheda *) riſus, vomitus

*) Zeitmann in Starks Archiv VI. Bd. p. 114.

tus, ſternutatio, tuſſis, ſingultus, vociferatio, frequentes haemorrhagiarum uteri et abortus ſunt cauſſae.

2) Morbi uteri locales, tumores, ulcera, ſarcomata.*)

3) Funiculus umbilicalis praeter modum brevis aut circa foetum varie volutus.**)

4) Placentae et chordae umbilicalis vitia quibus foetus nutrimento privatur e. g. conſtrictio nodoſa funiculi umbilicalis,***) ejusdemque rupturae.****)

5) Placenta collo aut orificio uteri adhaerens, frequens uteri haemorrhagiae cauſa.†) Cum enim procedente graviditate uterus foetu con-

*) Röderer l. c. p. 723.

**) Röderer ibid. Mouriceau l. c. p. 159.

***) Röderer l. c. van Swieten l. c. p. 803.

****) Iuſti in Starks Archiv I. B. 4. St. p. 45.

†) Epidemicas propter inſidentem ori uterino placentam haemorrhagias vidit Melitſch in Stark-Archiv 3. Bd. p. 709. Plures de placenta praevia haemorrhagiarum cauſſa collectas in Ploucquet Bibl. Tom IV. p. 94. Suppl. Tom I. p. 592.

contento magis magisque extendatur, placenta ab illo disjungitur, et ſanguini effluxus conceditur.

6) Laeſiones et ſciſſurae membranae deciduae reflexae Hunteri.*)

7) Foetus juſto grandior et malus ejus habitus ſitusque. **)

8) Tandem foetus mors inter cauſſas haemorrhagiae uteri habenda eſt.

§. 5.

Prognoſis haemorrhagiarum in gravidis.

In genere propter abortum, ſummam debilitatem et remanentem ad haemorrhagias diſpoſitionem, imo lethalem ſanguinis jacturam haemorrhagiae gravidarum periculo junctae et timendae ſunt, licet non ſemper in eodem gradu. Sunt, qui haemorrhagiam uteri eo periculoſiorem eſſe, quo propior partui ſit gravida, affirmarunt. ***). Verum eo pertinaciorem eſſe haemor-

*) v. Leroy l. c. p. 14.

**) Gaubii inſtit. patholog. p. 466.

***) Mauriceau p. 159. 535. aph. 46. Winiker Diſſ. de uteri haemorrhagia. Gött. 1796. p. 18.

morrhagiam, eoque periculoſiorem, quo diutius partus remaneat, hinc praeterito jam quinto graviditatis menſe multo minus periculi habere abortum quam antea, cum ars pluribus remediis ad extrahendum foetum uti poſſit, recte monet Leroy *). Inhibetur enim in praematuro foetu placentae ſolutio anguſtia oris uterini, funiculi umbilicalis teneritate, qua efficitur ut ille levi tractione disrumpatur, ex placentae nexu cum utero firmiori.

§. 6.

Curatio haemorrhagiarum in gravidis ex cauſſis dynamicis.

In adminiſtrandis erga haemorrhagias remediis omnino ad cauſſas ſupra enarratas reſpiciendum eſt. Univerſali hyperſtheniae vel aſtheniae ſtatim apta pro ratione incitationis antiphlogiſtica vel excitantia, roborantiaque opponantur. Cum autem topica plerumque affectio locum habeat, in eandem non minus remediorum actionem dirigendam eſſe patet. In uteri laxitate nimia, experientia teſte, magnam utilitatem praeſtant fomentationes atque in vaginam injectiones aquae frigidae et decoctorum herba-

rum

*) l. c. p. 23.

rum adſtringentium, nec minus etiam enemata frigida roborantia *). Simul irritantia interna adhibenda ſunt, prae aliis tinctura Cinnamomi, quae in ſiſtendis haemorrhagiis uterinis cujuscunque generis gravidarum et puerperarum et in iis quae poſt partum interdum accidere ſolent, maximam acquiſivit gloriam, adeo ut pro ſpecifico eam venditare haud dubitaverint aliqui **). — Non minoris quandoque utilitatis eſt opium, cujus utilitatem ad haemorrhagias uteri coercendas pluries expertus ſum, quamvis haud dubitem de Aaskowii ***) ſententia, qui opium tantum ut remedium palliativum eſſe conſiderandum, ait, ita ut ceſſante ejus effectu haemorrhagia majori vehementia quam antea redeat, quapropter opio acidum vitrioli admiscere ſuadet, hujusque combinationis efficatiam pluribus obſervationibus probat. Praecipuam autem utilitatem habe-

*) Thilenius medicinisch - chirurg. Bemerkungen p. 43.

**) Plenck, v. Mohrenheims Beiträge tom. 1. p. 406. Ackermann Bemerkungen II. Heft.

***) In actis ſocietatis medicae havnienſis tom. V. part. 1. p. 49.

habebit opium in nimia ſenſibilitate et irritabilitate tanquam ſpaſmorum, abortus et haemorrhagiae cauſſa, eidemque in uteri rigiditate jungenda ſunt balnea tepida, antiſpaſmodica externa regioni uteri aplicata, unguenta anodyna abdomini infricata, enemata antiſpaſmodica et internus extracti Hyoſciami radicis Ipecacuanhae in parvis doſibus, et caſtorei uſus *). In copioſa ſanguinis in vaſis uterinis cumulatione, quandoque, ſed in ſubjectis tantum hyperſthenicis et plethoricis convenit venaeſectio revulſoria, cujus utilitatem plenarie negare idem eſſet ac omnem obſervatorum **) fidem ſpernere. Praeterea hic epithemata frigida ***) et ſolutio Vitrioli martis, lin-

*) De Haemorrhagia uteri ex nimia debilitate nervorum enematibus ex Laudano liq. vel tinctura thebaica guttis L - LXX. cum aqua frigida omni veſpere applicatis ſanata v. Copland in Römers Annalen der Arzneimittellehre I. St. pag. 105.

**) e. g. Aligny in Journal de medicine tom. 56. p 344. Lanverjat. Journ. de med. tom. 57. p. 321.

***) Hunauld diſſ. ſur. les vaperus et les pertes de ſang. Paris 1777. p. 364 laudat in Haemorrhagiis uteri ab orgasmo humanorum epithemata ex pulvere ardeſiae.

Linteorum ope in vaginam applicata adhibenda ſunt *). Deficiens foetus nutrimento et exſucca uteri conſtitutio nutrientibus et ſpirituoſis corrigi debet. Leake hunc in finem, ſi gravida valde debilitata eſſet, gelatinam cornu cervi cum vino rhenano vel infuſum corticis peruviani cum vino gallico et aqua cinnamomi mixto commendat **).

§. 7.

Curatio haemorrhagiae in graavidis ex cauſſis mechanicis ortae.

In quacunque haemorrhagia gravida confeſtim lectum petat, ſitum horizontalem et maximam animi et corporis quietem obſervet. Nec minus omnia veſtimenta corpus reſtringentia ei ſunt ſolvenda, ne illis vaſa externa comprimantur, ſanguisque verſus interiora cogatur. Deinde regimen frigidum maximi eſt emolumenti. Leake, ſe ſaepius vidiſſe dcit, gravidas uteri haemorrhagia laborantes, quarum pulſus debilis et intermittens jam eſſet, ſimulac aer frigidus cubiculo

 immit-

*) Talem ſolutionem in haemorrhagia uteri ex plethora ad vires praecipue commendat auctor tractatus de plethora in Baldingers Magazin 1 Bd. 5 St.

**) practiſche Bemerkungen p. 197.

immitteretur, valde esse recreatus. Nec minorem utilitatem ex aquae frigidae frequenti potione se esse expertum *). Inter remedia interna primum tunc locum tenent Essentia cinnamomi et si vehementer profluat sanguis, opium haud parva dosi propinatum. Ad externa remedia pertinent adstringentia, in vaginam injectiones aquae frigidae aut remediorum adstringentium e. g. aceti, solutionis vitrioli albi, aluminis, olei martis per deliquium etc., quae tamen cum aliqua praecautione adhibendae sunt, cum in quibusdam uterus iisdem irritari et gravidae nixus, quo foetus expulsio producatur, excitari possunt. Haud minorem ad sanguinis efluxum coercendum utilitatem medici ex talibus remediis sperarunt, quibus non solum vis adest adstringens, sed etiam quae vaginam obturant. Qua ratione majora pessaria ex remediis adstringentibus parata vaginae intulerunt. Inter recentiores Le Roux **) praeter alios ejusmodi remedium laudat. Immittit

*) l. c. p. 94. 95.

**) in Journal de medicine tom. XLV. p. 483. Le Roux Observations sur les pertes de sâng des fâmnes en couche Dijon 1776. 8 versa in Abh. für pret. Aerzte Tom. IV. p. 385. et Königsberg 1784. 8.

tit nempe vaginae usque ad uteri orificium linteum in aceto cum aqua mixto tinctum. Quo remedio Le Roux ſanguinem coagulari, hiantia vaſa illo coagulo obturari, eoque modo haemorrhagiam ſiſti credit, et hanc ſuam ſententiam permultis probat obſervationibus. Alii hoc remedio quidem ſanguinis effluxum cohiberi, ſed orificium uteri ſimul irritari, nixus mulieris excitari et partum praematurum produci exiſtimant, hinc in eo tantum caſu ex remedio a Le Roux laudato fructum ſperandum eſſe ſperant, ubi haemorrhagia copioſa nullis remediis adhibitis diminui poſſet, gravida valde debilitata, et orificium uteri durum adeoque craſſum eſſet, ut non niſi adhibita violentia dilatari poſſit; illo enim remedio, ſanguinis efluxum cohiberi et gravidae nixibus excitatis uteri orificio paulatim dilatato foetum expelli *). Mihi vero ſi proprias aliorumque experientias perpendo, hi peſſi egregium utique in gravidarum haemorrhagiis effectum praeſtare, hinc in hisce ſemper adhibendi eſſe videntur, cum e contrario poſt enixum partum maturum, ſecundum obſervatorum experientias **), ideo pertimescendi ſint, quia ſan-

*) v. Winiker Diſſ. c. p. 42.

**) v. Leroy.

ſanguis, cui effluxus externus non conceditur, intus colligatur et uterum dilatatum in magna copia repleat, adeo ut non raro lethalis inde eventus abſque effluvio ſanguinis externo acciderit, qui injectionibus forſan aliisque remediis praecaveri potuiſſet. Pluries quoque haemorrhagias ex vaſe quodam vaginae pro haemorrhagiis uteri habitas et peſſis ſanatas fuiſſe ſuspicor. — Ligaturae artuum a quibusdam propoſitae, ut ſanguinis aliquid in artuum venis retineatur, nec omnis ejus moles per arterias ad uteri vaſa congeratur, plus nocent, quam profunt *). Cum enim venae comprimuntur, ſanguis quidem per eas produci nequit, ſed tunc illae quoque ſanguinem ex arteriis recipere nequeunt, ita ut in iis ſanguis accumuletur et haemorrhagia non ſolum diminuatur ſed etiam augeatur.

§. 8.

De extractione foetus haemorrhagiae remedio.

Complures artis obſtetriciae magiſtri **) foetum, ſimulac haemorrhagia adſid copioſa, quocun-

*) v. Experientiae Leakii l. c. p. 187. Paulitzky Beobachtungen 1. Samml. no. 5.

**) van Deventer novum lumen obſtetr. c. 33. p. 145. Mauriceau l. c. p. 160. Roederer

cunque graviditatis tempore educi ſuaſerunt. Mihi autem probabilor videtur ſententia eorum, qui foetus extractionem non ſemper admittendam eſſe affirmant *), cum primis graviditatis, menſibus vaſa uteri tanta ſanguinis copia non ſint impleta, ut mors ex haemorrhagia timenda ſit, experientia quoque docuerit, hoc tempore haemorrhagiam periculo haud eſſe conjunctam, quare noxia et periculoſa tam gravidae, quam foetui, qui ea deſtruitur eductio primis praegnationis menſibus haud neceſſaria mihi videtur, haemorrhagia autem ſeptimo vel octavo graviditatis menſe accidens utero non evacuato, plerumque cohiberi nequit, quia foetus in majus jam increvit volumen et uteri contractioni reſiſtit, ita ut vaſa hiantia claudi non poſſint. Sin itaque ultimo graviditatis tempore haemorrhagia, licet remediis idoneis adhibitis, vehementer furit et gravida ſanguinis jactura valde debilitata, in convulſiones frequentiaque animi deliquia incidit, tunc foetum educi oportet. — Ad foetum educendum medicus manum vaginae immitat et digitis uteri orificium paulatim diducat; velamentis adhuc

§. 734. Puzoss in Memoires de l'acad. de Chirurgie tom. 1. p. 361.

*) Leroux l. c. Lewy l. c. p. 20.

adhuc integris difruptis, foetus pedes prehendat, illumque, licet alia corporis pars offeratur, pedibus praeviis extrahat.

Simulac corpus folutum eft, medicus, ne foetus caput abruptum intra uterum remaneat, fibi cavere debet. Quod ad evitandum alterius manus digitum foetus ori inferat, altera manu fummum humerum vel occiput prehendat, brachia, minoris voluminis caufa non refiftentia, relinquat, atque ita foetus caput folvere debet.

Caput praevium, in pelvim minorem jam delapfum, ita ut manus immiffio ad pedes prehedendos impediatur forcipe folvere convenit *) Placentae folutio plerumque difficillima eft, quia funiculus umbilicalis tener levi tractione difrumpitur. Qua ex caufa ille ad placentam folvendam nunquam attrahi, fed leniter tantum tendi et placenta deglobi debet. — Deinde etiam eo videndum eft, ne quid fanguinis coagulati in utero remaneat, quo fieri poffit, ut haemorrhagia continuetur, dum uterus contrahi nequeat. Quod ad cavendum injectiones aquae tepidae in uteri cavitatem optime conveniunt. —

Quodfi

*) Leake l. c. p. 98. Mauriceau l. c. p. 161. Roederer l. c. §. 731. Stein pract. Anl. zur Geburtshülfe §. 468.

Quodſi placenta collo vel orificio uteri adhaerens et ab eo divulſa, haemorrhagiae eſt cauſa, tunc omnia remedia ad ſanguinis effluxum coercendum nil proficiunt, ſed foetum educi oportet. Priusquam autem hoc fieri poteſt, placenta, ſi ea integra ab utero disjuncta, in vagina haerens, manus immiſſionem impedit, cum ſanguinis coagulati trombis, vaginam replentibus, eximi debet. Placenta vero manus illationem haud impediens, ejusve pars major utero adhaerens, relinquenda eſt, ne aquae uterum diſtendentes, profluere queant. Ad operationem ipſam inſtituendam medicus vaginae usque ad orificium uteri manum inferat et exploret, quonam loco placenta ab utero ſit ſejuncta. Ibidem ille os uteri diducat, ſi id non ſatis ſit dilatatum et velamenta removeat; tunc manu usque in uterum ipſum immiſſa, pedes prehendat, eosdemque extrahat. Quodſi autem foetus caput jam deſcendiſſet, itaut ad itum ad pedes impediret, tunc illud forcipe ſolvi debet. Haec autem foetus eductio non niſi violenta uteri oris dilatatione inſtitui poteſt, facillimeque fit, ut eam periculoſa uteri inflammatio ſequatur. Qua de cauſa Puzos *) inter partum naturalem et illum, qui ſola

*) Mem. de l' acad. de Chirurgie tom. 1. p. 370.

ſola arte inſtituitur (accouchement forcé) medium teneri voluit. Hunc in finem „ut unus vel plu„res digiti immitantur, iisque orificium uteri „ſub inde interpoſita intervalla paulatim diduca„tur, ſuadet. Qua ratione, uteri orificio irri„tato, dolores augeri, atque uteri contractionem „promoveri. Membranas, aquas continentes, „ſimulac fieri poſſit, rumpendas eſſe, ut matrix „majore facilitate contrahi poſſit. Contractioni„bus uteri haemorrhagiam minui, brevique tem„pore partum ſequi."

Hujus methodi utiltatem Puzos multis probavit exemplis. Eandem vero locum habere ſemper non poſſe, ſed foetus eductionem interdum eſſe neceſſariam, ſi nempe ſitus foetui adſit praeternaturalis, aut placenta orificio uteri adhaereat, exiſtimo. Le Roy dilatationem uteri in paucis et in fine tantum graviditatis fieri poſſe, et plerumque, ſi peſſi aceto uncti adminiſtrentur, non neceſſariam eſſe, perhibet. Membranarum veſicam haud prius rumpendam eſſe, quam ore uterino ſufficienter dilatato et partu inſtante *).

§. 9.

*) l. c. p. 50 - 54.

§. 9.

Haemorrhagiae uteri in ipſo partu.

Primum, quod attinet ad dynamicas haemorrhagiarum cauſſas in ipſo partu, eae vel ad hyperſtheniam et cumulationem ſanguinis in utero, vel ad aſthenicam ejusdem diſpoſitionem, vaſorumque uterinorum dilatationem referendae ſunt. Hyperſthenica ſanguinis cumulatio mox evacuatione ſanguinis ipſa tollitur. Laxitatatem vero vaſorum irritantibus ſupra laudatis, praecipue injectionibus ſpirituoſis, frigore externo, tinctura cinnamomi et opio minuere licet. Porro huc referenda eſt inaequalis fibrarum uteri externarum et internarum contractio ad opinionem celebrrimi Leroy. Secundum hujus viri theoriam ſemper externo uteri fibrarum ſtrato foetum expelli, interni contractionibus vero placentam ſolvi, hinc inaequalem utriusque ſtrati actionem, atoniam praecipue interni, dum foetus externo expellatur, placentae adhaeſionem partialem ſaltim et haemorrhagias periculoſas producere. Hic tamponatione per linteamenta aceto uncta contractionem interni ſtrati promovendam, ſimulque ſanguinis effluxum arcendum eſſe. —

Ad mechanicas haemorrhagiarum in ipſo partu cauſſas eaedem referendae ſunt, quae in gravi-

dis

dis eosdem malos effectus habere ſolent. Tanquam frequentitſimae vero nominandae ſunt 1) vel totius placentae vel partis ejusdem adhaeſio in ore et cervice uteri 2) praematura nexus placentae uterique ſolutio. In primo caſu quam citiſſime placentam ab ore et cervice uterino ſolvi et manu partum accelerari opus eſt, ne oris uterini dilatatione placenta, vaſaque per eandem ramificantia dilacerentur et haemorrhagia puerperae mortem ante partum inferat. Felix hujus operationis eventus unice a celeritate et dexteritate obſtetricantis dependet, qua verſionis negotium perficitur. Hinc ſine mora partus extrahendus, nec manus ſemel cavo uteri introducta retrahenda eſt *). In ſecundo caſu, placenta ante foetum ſecedente, adhibitis omnibus ad conſtrictionem uteri vaſorumque remediis ſupra laudatis et haemorrhagia continua, opus eſt veſicam membranarum aquas continentium rumpere. Poſt hujus enim

*) Plures de placenta ori uterino inſidente arte ſoluta et haemorrhagiis hoc modo ſuppreſſis ob ſervationes Melitſchii in Starks Archiv III. Bd. p. 709. ibid. II. Bd. 1. St. p 66. Perforationem placentae, uteri orificium obturantis, exfoliationem partis nondum ſolutae et infantis extractionem cum forcipe feliciter perfectas v. ibid. tom. II. St. 2. p. 141.

enim liquoris partis evacuationem uterus contrahitur et haemorrhagia minuitur vel penitus inhibetur. Quodſi vero nihilominus perſiſtat, adeo ut lethalis evadere poſſit, quam maxima dexteritate ſtatim et feſtinanter partum neceſſarium perficiendum eſſe patet. — Haemorrhagia usque ad mortem continuare poteſt, quod interdum accidit, absque ullo poſt mortem inveniendo veſtigio ſolutionis placentae vel ſanguinis inter eandem et uteri membranam extravaſati. In tali caſu pertimescenda eſt ruptura oris uterini, quàm niſi infans ſtatim nascitur, haemorrhagia usque ad mortem continuens ſequitur. Lapſo vero infantis capite per os uterinum ita dilatatum, haemorrhagia plerumque ſtatim ſiſtitur. — Placenta ex parva tantum parte ſoluta *) apprimatur et haemorrhagia quantocius ſiſtatur, majori vero ejusdem parte liberata partus neceſſarius ſtatim ſuscipiendus eſt.

§. 10.

Haemorrhagia uteri poſt partum.

Quodſi foetu educto haemorrhagia non ceſſat, vel vehementior oritur, tunc ut illam ſiſtamus,

*) Tales caſus narraverunt Fieliz in Starks Archiv II. Bd. 1. St. no. 5. Kirſchner in Starks Ar-

celerrimum adferendum eſt auxilium. Hujus cauſa dynamica plerumque eſt laxitas et atonia uteri, cujus vi ille contrahi et vaſa hiantia claudi nequeunt. Ad uteri itaque contractionem promovendam injectiones adſtringentes aquae frigidae, aceti, ſolutionis vitrioli, aliorumque remediorum adſtringentium ſunt idoneae. Simul abdomen pannis calidis ſiccis fricandum et cingulo abdominali conſtringendum eſt. Uteri parietes leni contractatione irritantur et a ſanguine gumoſo emundantur. Ad internum uſum praecipue cardiaca e. g. aqua cinnamomi et opiata praeſcribenda ſunt. Urgente periculo totum corpus aqua frigida conſpergatur. Spiritus cornu cervi naribus admoveatur et intus quoque paucis guttulis in aqua frigida ſumptus tanquam efficax remedium laudatur. Peſſos aceticos, quos Leroux prae aliis remediis commendat, experientiſſimi medici in haemorrhagiis poſt partum haud adhibendos eſſe affirmant, cum in extenſo adhuc utero magna et morti provocandae ſufficiens quantitas ſanguinis in ejus cavum effundi poſ-

Archiv IV. Bd. p. 637. Werner in Starks Archiv VI. Bd. p. 484.

poſſit.*) Eorumdem loco Leroy laudibus extollit injectiones ex ſpiritu vini vel ſpiritu frumenti ad dimidiam partem cum vino tepido mixto.**) Cel. Wedekind in hisce puerperarum uteri haemorrhagiis ex atonia uteri commendat injectiones ex Decocto herbae Sabinae.***)

Ad mechanica remedia hic in uſum vocanda -prae aliis pertinet compreſſio uteri vaſorumque, quae non ſolum in iſtis ab atonia pendentibus, ſed etiam in rupturis valorum cum egregio ſucceſſu adhibetur. Repoſita puerpera, ita ut femora altius jaceant quam pectus, molle abdomen ambabus manibus firmiter comprimatur, qua encheireſi uteri fundus poſterius verſus vertebras lumborum premitur, vaſa magna coarctantur, inteſtina ſuſtinentur, affluxus ſanguinis minuitur. Sanguis ſurſum pulſus uteri contractionem tunc injectionibus vinoſis promovendum non amplius impedit. Continuetur autem haec abdominis compreſſio, donec haemorrhagia definit.

Cel

*) Leroy l. c. Sachtleben in Starks Archiv VI. Bd. p. 47.

**) l. c. p. 62. 63.

***) Hufelands Journal der pract. Heilk. X. B. 1. St.

Cel Saxtorph, qui hanc encheiresin primus propofuit, cafum refert de preffione tali per bihorium continuanda, ante quam pulfus aliaeque functiones inftaurarentur. *) — Aliud remedium recentius propofitum, **) a Vogelio***) aliisque commendatum eft compreffio aortae defcendentis per introductum utero manum, qua fit ut fanguinis impetus verfus inferiora minuatur, vafaque ad uterum tendentia immediate coarctentur, donec uterus contrahatur. Quando poft horum remediorum ufum puerpera dolorem tenfivum in utero quaeritur, fignum eft contractionum uteri et fervatae ut plurimum vitae. Ubi vero haec non accidunt mors inftat.

Quoad mechanicas haemorrhagiarum uteri cauffas eas potiffimum in dilacerata et relicta in utero placenta verfari notiffimum eft. Hic autem ubi haemorrhagia lethalem minatur exitum, placentam arte folvere et remediis fupra laudatis uteri contractionem promovere neceffarium eft.

§. 11.

*) Collectanea havnienfia p. 328.

**) Ploucquet in Loder Journ. f. Chir. 1. B. p. 493.

***) Tafchenbuch für angehende Geburtshelfer. 1798. Froriep.

Cap. II.
DE HAEMORRHAGIIS VAGINAE.

§. 11.
De haemorrhagiarum vaginae Caufis

In graviditate haemorrhagias oriri poffe, experientia docuit, cum jam ftatim poft conceptionem propter magnam humorum verfus genitalia congeftionem eorundemque intumescentiam vafa vaginae anevrysmatica et varicofa rupta fui fe viderit Leroy. *) — In ipfo partu vero easdem haud raro provenire obfervatum eft. Praeterea quoque, nifi omnia me fullunt, frequentiores, quam vulgo exiftimatur effe videntur. Tanquam univerfales earundem cauffae hyperfthenica et afthenica vaforum conditio fpectari poteft, methodo fupra laudata tractandà. Topice vero fequentia vaginae ftructurae et virium vitia hic fubeffe videntur.

1) Cicatrices vaginae ulceribus, vulneribus, difficili partu praegreffo, aliisque qualibuscunque laefionibus in vagina relictae et nunc diftenfione vaginae in ipfo partu ruptae.

2)

*) l. c. p. 8.

2) Rigiditas praeternaturalis parietum vaginae, qua fit, ut ſatis extendi nequeant, ſed potius capite tranſeunte rumpantur.

3) Vaginae vaſorum laxitas et tenuitas praeternaturalis, adeo ut absque laceratione jam ex eorundem finibus magna ſanguinis copia tranſeat vel ipſa facile laedantur.

4) Anevrysmata et varices vaſorum, quae variis cauſſis facile gigni poſſunt, quo pertinent coitus nimius, onania, draſticorum et diureticorum abuſus, nimii caloris effectus in vaſa genitalium e. g. uſus ollarum ad ignem carbonum (Feuerſtübchen) aliaeque res topicam vaginae debilitatem procreantes. Frequentiores quam anevrysmata eſſe videntur varices, et quidem propter haemorrhoidum vaſa vaginae tranſitum. Haemorrhoides enim vaginae frequentiſſimas ejusdem haemorrhagiarum cauſſas eſſe perſuaſus ſum. Hinc aliter fieri nequit, quam ut vaſa tanta dilatatione laborantia foetu tranſeunte, tum

et

et obſtetricantis manubus et inſtrumentis introductis nimis comprimantur, rumpantur et dilacerentur.

Sed etiam absque omni tali vaginae ad laeſiones dispoſitione et vitia ſtructurae, imprudenti rudique manuum inſtrumentorumque uſu in vagina non minus, quam in utero vaſorum ſanguiferorum laeſiones oriri poſſunt. Forceps incaute clauſa vaſa dilacerare poteſt, vectes imprudenter appoſiti vaginam vulnerare poſſunt, praecipue vero in perforatione capitis foetus, inſtrumentis hunc in finem adhibitis et diſſectorum oſſium capitis acri margine, vaſa lacerari facileque haemorrhagiae produci poſſunt.

§. 12.

Signa haemorrhagiarum vaginae.

Cum in tanta, quae haemorrhagiäs vaginae producere poſſunt, cauſſarum copia, ſanguinis evacuatione inde pendente plerumque vehementi et facili vaginae haemorrhagiarum ſanatione,

multum interſit, inter easdem et haemorrhagias uteri bene diſtinguere, ne ut ſaepius fieri ſuspicor, dum de remediis erga haemorrhagiam uteri per errorem praeſumptum cogitemus, utilia facileque adminiſtranda remedia negligantur, ſigna diagnoſtica haemorrhagiarum uteri hic exponenda ſunt. Pertinent huc:

1) qualitas cauſſarum, quibus forte ſanguinis profluvium concitari poſſit, praeſentia cicatricum, rudis et ſiniſtri obſtetricantis encheireſes, applicatio inſtrumentorum laedentium caet.

2) Aspectus et tactus rupturae vaginae.

3) Aspectus profluentis ſanguinis, ſi forte vaſa diſrupta in initio vaginae vel in ipſis labiis vel nymphis vulvae haerent.

4) Qualitas haemorrhagici ſanguinis, qui in uteri haemorrhagiis arterioſus magis et grumoſus partim, in vaginae profluviis autem

veno

venosus magis et fluidus, unoque rivo haud interrupto emanare invenitur.

5) In haemorrhagiis vaginae post partum insequentibus, os uterinum jam invenimus contractum, etsi continuo effluat sanguis; certissimo signo haemorrhagiae fontem esse infra orificium uteri.

6) Manu in vaginam usque ad orificium uteri intensa, sanguis infra eandem prodire sentitur, ejusque calor non in vola manus versus os uterinum directa sed in dorso manus percipitur.

§. 13.

Haemorragiae vaginae curatio.

Quod in haemorrhagiis uteri post partum non adhibendum esse videtur remedium propter haemorragiam internam, id in haemorrhagiis vaginae unicum fere, praestantissimum saltem est refugium, scilicet p e s s i remediis stypticis peruncti. Simulac itaque ex signis supra enarratis constat haemorrhagiam ex vagina proveni-

venire, videndum erit primum, ex quonam loco vel vase rupto sanguis profluat, ibique si fieri potest statim spongia aceto vel spiritu vini tincta imponenda et appirimenda, qua vasorum anastomosis vel solutionis continui superficies obturatur, huic forsan inspergi potest pulvis Gummi arabici, quo glutinans spongiae vis augetur. Verum ubi locus vaginae, ex quo sanguis profluit detegi nequit, vel majoris est ambitus, tunc totum vaginae spatium internum linteo carpto et pessis aceto vel solutione vitrioli tinctis implendum est, adeo ut hac impletione et trombo sanguinis inde formato vasorum sanguinem effundentium evacuatio penitus inhibeatur. Hoc remedio in gravidis et post partum tanquam efficacissimo uti oportet. Verum ubi in ipso partu haemorrhagia vaginae oritur, usque ad partum injectionibus spirituosis vel acidis et pressione forsan digitorum sanguinis effluvium moderandum est, foetus autem exclusio quantum potest acceleranda, ut pessi eo citius applicari possint. — Nullas quidem in auctoribus de arte medica et obstetricia de pessorum in haemorrhagia vaginae efficatia observationes probantes deprehend

hendi, attamen ipſe hanc methodum utiliſſimam expertus ſum, neque dubito, caſuum quos medici complures nomiatim Leroux (l. c.) tanquam boni peſſorum in haemorrhagia uteri effectus argumenta narraverunt, plurimos fuiſſe haemorragias vaginae.

§. 14.

Obſervationes propriae de haemorrhagiis vaginae.

Cum ea, quae de haemorrhagiarum vaginae cauſſis, ſignis at cura hucusque expoſui, nequaquam alienis, ſed propriis plerumque obſervationibus debeam, ut lectoribus quoque dijudicationem et curam haemorrhagiarum vaginae rem utique difficilem, ſed magni medico momenti eſſe probem, duos caſus memoratu dignos, quorum ipſe teſtis fui, communicare liceat. Intelligant inde, quam facile medicus obſtetricans horum profluviorum ſpecie falli poſſit, et quanta cura omnia in cenſum vocanda ſint ſigna ad diagno ſin hujus affectus rite conſtituendam. Altera

enim

enim harum puerperarum morti erepta eſt, quia morbus ſtatim recte dijudicabatur altera vero periit propter ſeram nimis veri haemorrhagiae fontis cognitionem.

1) S. L. ancilla viginti quatuor annorum, die 26 Aprilis 1803. in noſocomium Charitatis berolinenſe recepta, die 14. Julii ejusdem anni infantem foemineum vivum peperit. — Puerpera conſtitutione robuſta, vegeta gaviſa eſt. Dolores partus erant fortes et efficaces, iisque partus negotium celeriter proceſſit. Os uterimum paulatim receſſit, eodemque aperto veſica membranarum apparuit, ad rupturam parata. Puerpera in ſellam obſtetritiam poſita, aquae uno rivo praecipitarunt et dolores paulo poſt inſequentes infantem jam protruſerunt. Placenta, cum ejusdem feceſſus ſpotaneus haut expectari potuerit, ſoluta eſt.

Inter frictionem abdominis, quam ad promovendam placentae ſolutionem ſuscepimus

mus optimam uteri contractionem egregie animadvertere potuimus. Paulo poſt placentae ſolotionem vero orta eſt haemorrhagia, cui injectiones ex aceto et aqua, ex ſolutione aluminis diluta et concentrata ex acido vitrioli ſumme diluto, epithemata frigida ſuper abdomen et genitalia, fuſtra oppoſita ſunt. Quaſi fluctuans et uno magno rivo haemorrhagia perſeveravit. Una cum remediis externis modo dictis propinabantur vinum, infuſum ſpecierum aromaticarum cum ſpiritu vini, tinctura et aqua cinnamomi, opium aliaque analeptica, ſed omnia incaſſum. Aegrota in animi deliquiis, ſenſatione orbata, pallida jacuit, haemorrhagia ſemper majori cum impetu continuante. Nunc autem obſtetricantibus viſum eſt vaginam accuratius inquirere, quo facto inventum eſt, varicum ibi repertarum plures ruptas fuiſſe et haemorrhagiam produxiſſe. Nunc autem peſſi aqua ſclopetaria Thedenii uncti in vaginam locis disruptis admoti ibique digitorum ope firmati ſunt, quo facto haemor-

rha-

rhagia ſubito deſiit, ſed, quod maxime dolendum, nimis tarde. Accepit ſequentia remedia alternatim ſumenda ℞. Aq. Cinnamomi Unc. IV. Tinctur Cinnamom Unc. I Tinctur opii crocat Drachm. ij D. S. Omni hora cochlear magnum et ℞. Tinct. opii ſimpl. Spiritus ſulphurico - aetherei āā Unc. dimid. M. D. S. Omni hora guttulus octo. — Primo vespere jacuit in ſopore, qui poſt aliquot horas, cum excitari porro non potuit, in ſtuporem tranſiit. Medicamenta aegre et vix deglutiebantur, et haemorrhagia peſſorum applicatione ſollicite continuata, non amplius rediit. Inſequenti die mane in ſudore frigido jacuit, acceſſerunt ſingultus, ſubſultus tendinum aliaque praeſagia mortis, poſt aliquod horas inſecutae. In ſectione cadaveris invenimus uterum optime contractum, ſed vaginam varicibus plenam, quarum plures ruptae fuerunt.

II. M. D. R. ancilla viginti trium annorum die 23 Julii 1803. in noſocomium Charitatis berolinenſe

nenſe delata die 11 Auguſti ejusdem anni puerum vivum enixa eſt. Puerpera debilis jam die ante partum doloribus continuis affecta fuit, plerumque tamen fruſtraneis et absque ſenſibili oris uterini mutatione. Poſt viginti quatuor horas partus proceſſit, os uterinum apertum eſt et dolores aucti ſunt, ſed inertes adhuc et rariores. Veſica membranarum tarde provenit nec admodum increvit. Magnus ſeſe formavit capitis tumor. Aquae poſt aliquot horas inſenſibiliter fere defluxerunt et puerpera nunc demum ſellae obſtetriciae impoſita eſt. Infans per longum tempus in partu haeſit. Propter malum anguſtae vaginae ad magnum infantis caput, tumore incretum, in tranſitu foetus poſterior vaginae paries rupta eſt. Foetu enixo, ante placentae excretionem orta eſt haemorrhagia immanis cum majori fere ſanguinis prorumpentis impetu quam in priori caſu. Primum hic quoque tentavimus injectiones adſtringentes, ſimul autem ſtatim in initio vaginae conditionem ſedulo inquiſivimus.

Quo

Quo facto locum et caufam haemorrhagiae facile reperimus.

Ruptura pofterioris parietis vaginae et totius vaforum convoluti ftatim linteo carpto fpiritu vini rectificato tincto repleta eft, et juxta multi peffi inducti et digitis appreffi funt, haemorrhagia ftatim remifit. Puerpera jam infirma amiffi fanguinis copia admodum debilitata fuit, neque tamen adeo ut illa, de qua modo narravimus. Accepit infufum theiforme ex fpeciebus aromaticis cum fpiritu vini et fequentis remedii omni hora cochlear unum ℞. Aquae Cinnamomi Unc. IV. tincturae Cinnamom Drachm. ij Spirit. fulphurico-aetherei Drachm: I. Syrupi albi Unc. ½. Infequenti nocte bene dormivit, craftino mane bene fefe habuit et remedi ufu perrexit. Poftea corpore jam ad integritatem redeunte roborantia et nutrientia praefcripta, horumque, vini et bona victus ratione reftituta fuit aegra, ita ut die undecimo Februarii 1804 fanata nofocomium relinquere poffit.

SOME TIGHT
GUTTERS